112

Illustris Patrone, Tuas quibus me laude ac benevolentia mirifica
afficis, nactus sum literas; Non putassem tanti apud Te me
fieri, quem nullis officijs aut benevolentia mihi devinxi;
Humanitati id totum tribuo, quod me ita, ut facis,
ames, et mihi succenseo, non habere, quo me eo nomine,
ut vellem atque deberem, ulciscar. DEUS beneficia et
voluntatem tuam in me Tibi per illum refundat, cui
OMNIPOTENTIA sua id dabit. Gratias habeo Tibi
maximas, quod mentis interpretationem meam in altera edi-
tione Commentariorum absolutissimorum juxta ac locu-
pletissimorum tuorum, gratiosè admittere velle, pollici-
tus benignè mihi fueris. Et ad suggestionem atque
mandatum tuum ea, ut voluisti, plenius ac distinctius
à me explicabitur. Honorem nullum hac tempe-
state literis haberi, accidit, quod togati, quasi literis minus
benè usis, armatis cedant. Plurimum enim ingeniosas
artes ad varij generis turpitudines et illecebras malorum
exquisitas esse, optimè, deplorator hujus imprudentiae, nosti.
in literatis militibus poenam prodigalitatis atque avaritiae nostrae
nunc demus. Sit fuit lues in benè constituta rep. literis:
sit armis! Illas tamen antepostuisse his sapientissimos quosque,
Imperatores, Reges, Principes nemini obscurum est.
Tu, Heros, Goldaste Maxime, minimè patere militiam etiam
sibi abusis forte poenam luere. Utere ingenio atque autori-
tate qua DEUS tibi concredidit, ad sui NOMINIS gloriam,
et Patriae salutem, ut prospere singula eveniant, neque
aliqua aemulatio indecens, aut transcensus in aliud genus
ubicunque fiat. Ingentes Tibi habeo gratias quod
institutum meum gratiose promovere in Te susceperis.
De Officialibus edito Caes. Majest., Domino nostro clementi

1628

atque clementissime, nec non ceteris Sereniss. Septentrionis in[…]
Lyceo Doctoribus, quibus me Tua tradidit fides Dominis. Hel[…]
notis brevibus ac integritate, qua commendat, perspicacissimam, […]
potius offendissem, quam simplius faceret in autorem […]
dandum. Quid dissertationum aut disputationum nostra […]
ad me pertinet obsequiose transmitto. Versatur […]
manibus de Civitatibus Hanseaticis Commentatiuncula,
qua quid efficiet, et priori ad Tuas responsioni,
judicium habebis. DEUS Te beet! Et Tu Illustris […]
Incomparabilis Goldasti meam salutem gratiose fo[…]
diligenter promove. Cellis 9. Kal. Octobris Ao. 1628

Illustris

Magnificentiae Tuae

obsequiosus ac
[…]
[…]

Michael Gerin[…]

Dem Hochedlen, gestrengen, Hochge-
lehrten Herrn, Herrn Melchiorn
Goldasten von Haiminsfeldt,
der Römisch. Kayss. auch Hunga-
risch und Böhemisch. König. Mayt.
Hochfürstl. [illegible] Consiliarius,
Meinem hochgeehrtten gross-
günstigen lieben Herrn

Franckfurth
am Main.